



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,  
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

**Busaeus, Johannes**

**Mogvntiæ, M. DCVI.**

60. Dom. II. Aduent. de signis extrem. iudicii. Luc. 21.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

DOMINICA I. AD  
VENTVS DOMINI.*De ingressu Christi in Hierusalem.*  
Matth. 21.VIDE Meditationem Dominica  
marum.

## DOMIN. II. ADVENTVS

*De signis iudicij extremi.*

Luc. 21.

**D**IXIT Iesus discipulis. Erunt signa in  
luna, & stellis, arescentibus hominibus  
pro timore &c. Considera superiore Do-  
minica propositum esse aduentum Chri-  
sti humilem & iocundum, nunc vero alterum  
in fine mundi futurum gloriosum & ter-  
ribilem ad iudicium. vt tam amore, quam  
timore stimulemur ad bonum; & vt dilige-  
mus non posse nos venire ad gloriosum  
Christi aduentum, vt cum illo congre-  
gemur, nisi in hoc mundo prius nos humilia-  
mus, & cum eo compatiamur. 2. Considera  
ideo hic astrorum coelestium mutatio-



nem dici præmittendam iudicio, imo dis-  
 solutionem orbis totius; vt omnes clarius  
 intelligerent, quã horribile id sit futurum:  
 Multi enim cogitatione hac territi à pec-  
 catis abstinēt, vt Hieronymus, qui dicebat,  
 a tribus suis semper insonare vocem. Sur-  
 gite mortui, venite ad iudicium.

*His seri incipientibus, respicite & leuate*  
*capita vestra, quoniam appropinquat red-*  
*emptio vestra.* Considera primò, quod bo-  
 ni tunc monentur sperare & gaudere, quã-  
 do maximæ sunt afflictiones, quia illorum  
 et per multas tribulationes intrare in re-  
 gnum Dei. 2. quo impij magis dolent de  
 futuris imminentibus malis, eo pijs magis  
 esse gaudendum de impendentibus bonis.  
 & ideo iudicij dies pijs non erit horribilis,  
 sed iucundissimus, quo pro certamine co-  
 ronabuntur. 3. considera, quod tunc incre-  
 dibile gaudium pijs afferet redemptio i-  
 pсорum, hoc est, liberatio corporis a mor-  
 bis, inordinatis passionibus, & uniusque  
 corruptione, deinde ab omni tentatione  
 dæmonis & mundi, metuque damnatio-  
 nis. 4. illud gaudium venturum de cælo,  
 vt scias nullum solidum gaudium esse ex-  
 pectandum in terra.

Actor.

14.

Ej



3 Et dixit illis similitudinem. Videte fructum scitis, quoniam prope est aestas. Et cum haec fuerint, scitote quia prope est regnum Dei. Considera Dominum praecedentia magna conferre cum arboribus pullulantibus ut discas tanto pulchriores fore crescere post iudicium, quanto arbores in aestate florentes sunt aridis in hyeme multiores.

2. nota, tum nos esse regno caelorum proximis, cum instar arborum bonarum floremus, & fructibus abundamus.

## DOMIN. III. ADVENTVS.

De S. Ioanne Baptist. in vinculis  
Matt. 11.

1. IOANNES in vinculis auditis Christi operibus, mittens duos de discipulis ait illi. Tu es qui venturus es, an alium spectamus? Considera Ioannem licet in vinculis, non de sua liberatione, sed discipulorum salute sollicitum, recte in fide, & vita sancta institutum; ut discas in afflictionibus nihil de consuetis precibus aliis que officiis pietatis detrahere. 2. Ioannem non misisse, quod ipse dubitaret de Christo, an esset Messias, sed ut ignorantia missorum consulere, & per con-